



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus,
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An post peractam communionem liceat eodem die ad uxorem accedere, §.
6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

§. 6.

*An post peractam communio-
nem liceat eodem die ad
uxorem accedere.*

EX bono fine, ut ex amore
prolis, vel ad evitandum
incontinentiæ periculum, vel
ad reddendum debitum, licere
non est dubium. Quæstio igitur
solum est: an sit veniale debitum
petere causa solius voluptatis.
Esse veniale docet Silvester, An-
gelus, Beja apud Marchinum. *a March.
de ord. tr.*
Nullum esse peccatum tenet *3. p. 3. c. 2.
n. 15.*
Sanchez: *b* & merito, quia,
quamvis sanum sit consilium eo
die abstinere; tamen non est un-
de prohibeatur; dummodo non
fiat statim à communione; tunc
enim magna videretur irreve-
rentia. *b Sanch.
de matr.
19. d. 13.
n. 17.*
*c Sanchez
ibid. n. 8.*
*d Sup. c. 2.
§. 1 n. 5.
in fin.*
7 Dices, idem Sanchez, *c* ut
nos supra *d* citavimus, docet ef-
se regulariter veniale accedere
ad

ad Eucharistiam post copulam exactam ob delectationem: ergo per ipsum debet esse etiam veniale accedere ex voluptate ad uxorem post accessum ad Eucharistiam: par enim irreverentia apparet utrobique, vel certe utrobique nulla. Respondeo negando adesse parem rationem: nam copula habita ex delectatione solet afferre, ut ibidem diximus, ex eodem Sanchez, mentis hebetudinem, magnamque distractionem, quæ voluntaria distractio in bona sententia superius & allata, ab eo qui communicat propter reverentiam fugienda est: at, peracta jam communione, mentem ad alia negotia sponte distrahere non prohibemur.

Cap. 1.

§. 5. n. 13.

CAP. IV.